

## FEDERICI MORELLI,

PROFESSORUM REGIORUM DECANI,

## NOTÆ ET ANIMADVERSIONES.

Quod Ulysses Homericus de Diomede fido et in- A  
divulso comite deprædicat, merito de Basilio Mag-  
no usurpaverim κατὰ παραφθίαν.

Πῶς ἂν δὴ Βασιλείου ἐγὼ θείοιο λαθοίμην,  
Οὐ περὶ μὲν πρόφρων κραδίη, καὶ θυμὸς ἀγῆνωρ  
Ἐν πάντεσσι πόνοισι· φιλεῖ δὲ ἔ Χριστὸς Ἰησοῦς ;  
*Qui magni possem Basilii esse immemor unquam,  
Cujus cor alacre et sublimia pectora in omni  
Magno opere : unde adamat doctorem hunc Christus  
Iesus ?*

Equidem ab hinc annis xl scriptis ejus gravissi-  
mis libens incumbere cœpi : nec pœnitendum sus-  
cepi laborem, partim in emendando cod. Germanico,  
qua ab interpunctione et fœdis mendis typogr. la-  
borabat, partim cum mss. conferendo ; partim con-  
jecturis non infelicibus medicas adhibendo manus,  
ac nœvos tollere et nodos solvere tentando. Etiam  
nunc ætate provecta idem stadium ultro sum re-  
mensus in hac nova et exaggerata editionis Græco-  
Latinæ molitione, dum rotam typographicam cur-  
rentem animose prosequor.

## AD I HOMILIAM IN HEXAEMERON

Col. 8 B 15. Leg. ὅτι καλή. Interpres noster ita  
verterat ac si legisset, ὡς καλή ἢ τάξις, quasi κατ'  
ἐπιφώνημα, ut psalm. viii : Ὡς θαυμαστὸν τό ὄνο-  
μά σου. Plato in Tim.: Ὁ θεὸς πᾶν ὅσον ἦν ὁρατὸν εἰς  
τάξιν ἤγαγεν ἐξ ἀταξίας.

## AD II HOMILIAM IN HEXAEMERON

Col. 37 B 13. Καὶ διενεκῆ τ. κ. Apud Lucret. I. II  
eadem hypothesis proponitur in atomis :

*Multa minuta modis multis per mane videbis  
Corpora misceri radiorum lumine in ipso,  
Et velut æterno certamine prælia pugnasque  
Edere turmatim certantia, nec dare pausam  
Conciliis et dissidiis exercita crebris.*

Ἐν ἄπαυστος πόλεμος καὶ διηνεκῆς ἢ φθορὰ, κρα-  
τούντων ἐν μέρει καὶ κρατουμένων. Homer. ὀλλύντων  
τε καὶ ὀλλυμένων.

Col. 40 A 3. Ἄει γὰρ τῶν γιν. Epicteti Ἐγχειριδίου  
princeps divisio, τῶν ὄντων τὰ μὲν ἐστὶν ἐφ' ἡμῖν, τὰ  
δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν.

Col. 43 B 6. Συνέθαλπε καὶ ἐξ. τ. τ. ὁ. φόβιν,  
κατὰ τὴν εἰκόνα τῆς ἐπωαζούσης ὄρν. Plenior  
versio, *Ad similit. avis, incubantibus ovis, v.* Adria-  
nus in Εἰσαγωγῇ εἰς τὰς θείας Γραφάς, hujusmodi  
Hebraici characteris ἰδίωμα ἐπὶ τῆς διανοίας, nun-  
cupat ἀπὸ κινήσεως σωματικῶν, vel ἀπὸ τόπων, vel  
ἀπὸ στολισμῶν. Ausonius scite æmulatus est in  
*ephemeride.*

. . . . *mistumque duobus  
Qui super æthereas volitabat Spiritus undas.*

Enimvero ἤππ vox Hebr. a Mose i, 2, Gen. usur-  
pata vim habet τοῦ ἐπιφέρεσθαι, συνθάλπειν, ἐπωά-  
ζειν, agitandi fovendique instar alitis incubantis  
supra nidum suum. Ast o ubi nunc gentium Sy-  
riaca illa Pentateuchi μετάφρασις, cujus hic præco  
est Syrus Basilianus!

Col. 44 C 2. Γενηθήτω φῶς. Insigne ac luculen-  
tum testimonium magnificentiae hujus orationis Mo-  
saicæ a Dionysio Longino scriptore Attico antiquo  
exhibetur in aureolo lib. Περὶ ὕψους, his verbis : Ὁ  
τῶν Ἰουδαίων θεσμοθέτης, οὐχ ὁ τυχῶν ἀνὴρ, ἐπειδὴ  
τὴν τοῦ θεοῦ δύναμιν κατὰ τὴν ἀξίαν ἐξέφηγεν, εὐ-  
θὺς ἐν τῇ εἰσβολῇ, ὁ θεὸς, φησί. Τι ; Γενέσθω φῶς.  
B Καὶ ἐγένετο .

## AD IV HOMILIAM IN HEXAEMERON

Col. 77 C 10. Εἰσὶ τινες πόλεις π. Quam vera  
sit hæc assertio, docet Basiliï nostri amicus et fa-  
miliaris Libanius in Monodia super Nicomedia, et  
in Orat. πρὸς τοὺς νέους περὶ τοῦ λόγου, quæ hoc  
anno a me Græce et Lat. sunt editæ ; et B. Au-  
gustinus *Enarrat. in psal. ciii*, ubi scribit, « Vide-  
tis quid faciat civitas, ubi abundant spectacula? »  
Itemque S. Hilarius in *psal. cxviii*, octon. He, *De  
culis : Qui in theatralibus ludis captivi incubant,  
qui circensium certaminibus serviunt.*

Col. 80 A 13. Ὄναρ ὑπὲρ τῶν ἵππων μαχ. Ex  
Aristophane ἐν Νεφέλαις. Streps.

Ἐπὶ δὲ κόμητι ἔχων  
Ἰππάζεται τε καὶ ξυνωρικεύεται,  
Ὀνειροπολεῖ θ' ἵππους.

Col. 81 D. 5. Πρὸς τὴν βουτὴν ἀφορῶν τ. Hic  
eximie vir eruditionis et facundiae Joach. Perio-  
nius, notione τοῦ ἀφορῶν non percepta, docuit ab-  
surda interpretatione, « quam humana parum na-  
tura videat interdum, » ut monet Flaccus, qui sen-  
tentiam hanc Basilianam admodum illustrat his  
versib. Ep. ad Lollium 1 :

*Rusticus expectat dum defluat amnis, at ille  
Labitur et labetur in omne volubilis ævum.*

Quis aptius et elegantius τὴν βουτὴν τῶν ὑδάτων  
D μοῖραν exprimat ?

Col. 89 A 9. Ὁβέλιστα· ὁ δὲ ὄβελός. *Allitum  
transverso calamo signum* ab Horat. dicitur ad Pis.  
Ausonius, Epigr. ad Pacatum, *Obelos spuriorum*

*igmata vatum* vocat. Mirum est tam insignem A Basilii nostri animadversionem latuisse eruditiss. ac diligentissimos quosdam viros φιλιερογράφους.

## AD V HOMILIAM IN HEXAEMERON.

Col. 103 C 4. Idem notatur a Jo. Chrysost. in Panegyri in S. Thomam.

Ibid. C 4. Ἴν' ἐκ τοῦ ἀφανοῦς τὰς παρ' ἐαυτῶν βλάβας τοῖς ἀκεραιότεροις ἐμβάλωσιν. Hoc idem Basil., tom. II, epist. 410, appellat καταπαίζειν τῶν ἀκεραιότερων, eludere minime malos.

Col. 105 B 8. Corr. ῥοδωνιαὶ κ. Virgil. « rosaria. » Et apud Rei rust. script., ut hic, « roseta, myrthi, laurus. »

Col. 108 A 3. Ὁ ὑποκαίμενος τῷ φύλλῳ κόκκος, ὃν μίσχον τινὲς τ. Hinc Hesychium sic emenda: B Μίσχος· οὕτω λέγουσιν, ᾧ συνήρτηται πρὸς τὸ φυτὸν καὶ ὁ καρπὸς καὶ τὸ φύλλον. Μίσχος δὲ παρὰ τῷ φύλλῳ κόκκος. « Mischum indigetant granum folio adhærens; id videlicet quo fructus et folium connexa sunt plantæ. » Nonne hæc cum Basilianis amice conjurant?

Ibid. A 14. Οἶνον γενῶσα εὐφ. XI Jud. in parabola Joathan. εἶπεν ἄμπελος, ἀφεῖσα τὸν οἶνόν μου, τὴν εὐφροσύνην τῶν ἀνθρώπων. Fremat Anacharsis licet, οἶνον εἶναι ὕδωρ σαπὲν ὑπὸ φλοιοῦ. « Aquam sub cortice putrem. »

Col. 109 D 3. Ἐρέψιμα. Hesychius exponit στεγάσιμα, « ad tect. opus tigilla, tignave. » Ibid. d. 9. Τὰ μὲν μονόλωπα αὐ. Idem Hesychius μονόλωπα, μονόδεσμα, μονοχίτωνα, explicat. Λοπὸς eidem æquipollet λεπισμῶ. Itaque scribendum potius μονόλωπα, de plantis unica membrana tunicave cinctis Fabius, in *Declam.* xiii *Paup.*, floribus etiam tunicas tribuit. Λῶπος tamen amictus quivis dicitur, pallium proprie: unde λωποδύται nuncupati.

Col. 112 A 15. Σπέρματα τῷ ἀρῶ. τοὺς λεγ. ψῆνας. Hesych. id ita firmat, ut hinc deprompsisse videatur: ψῆνας τὰ σπέρματα τῶν ἀρῶνων φοινίκων. Mox ἀνορθοῦσθαι πάλ. Libanius in *Encomio palmæ*, p. 3 Gr. edit. nostræ: Ὁ φοῖνιξ ὑψοῦ πρόεισι, καὶ γῆς ἀνέχει τὰ μάλιστα καὶ παρ' αὐτὸν, ὡς εἶπεῖς, ἰέναι σπεύδει τὸν οὐρανόν. « Palma in altum se erigit, humoque extollit admodum: et ad ipsum, ut ita dicam, cœlum pergere contendit. » Addit idem solam palmam surculum in capite conservare, μόνος κατ' εὐθὺ προΐων ἐπὶ τῆς κεφαλῆς διασώζειν τὴν κεφαλὴν ex Theophr. lib. iv *Hist.*, c. 23, ubi tamen ἐγκέφαλος legitur, non κεφαλή. Philo, i *De vita Mos.*, καρδίαν, cor, nominat: Φοῖνιξ τὴν ζωτικὴν ἔχει δύναμιν, οὐκ ἐν ῥίζαις, ὡσπερ καὶ τὰ ἄλλα φυτὰ, ἀλλὰ ἀνώφυτον, καρδίας τρόπον, ἐν τῷ μεσαιτέτῳ τῶν ἀκρεμόνων ἰδρυμένην. Paulo post de ficub. οἱ δὲ τοὺς δλύνθους ἐκδήσαντες, τ. Effectum hujus artificii ad causam etiam naturalem refert Hesychius in ψηνίζων. Ἔστιν ὁ ψῆν εἶδος ζώου ὁμοιον κώνωπι, ὃ εἰσδύεται εἰς τοὺς δλύνθους τῶν σύκων, καὶ ἰπεπαίνει αὐτούς. « Insecti species similis culici penetrat in grossos ficuum,

itaque ad maturitatem ducit: » hoc insectum Græci ψῆνα vocant: hoc etiamnum in agro Constantinop. ad usum adhiberi, αὐτόπται ἀξιόπιστοι mihi retulerunt.

Col. 113 A 10. Τὴν ἐντεριώνην. Hesychio, ἐντεριώνη, τὸ ἐντὸς τοῦ ἄγριου σικίου, ἢ τὰ ἐνδον. Ἦτοι τὸ μέσον τοῦ ξύλου καρδία· οἱ δὲ μυελός. De meditullio corde, medullaque fructus et ligni, usurpatur.

Ibid. C 8. Leg. ἐν ἀψινθίῳ ἢ σκ. Festive ἀπίνθιον apud comicos Gr., quod bibentes illud fastidiant, ob insignem amaritiam, quam hic ἐσχάτην πικρότητα dixit, unde βαθύπικρον nuncupatur; quod scammonia quoque congruit: de qua Diosc. I. iv, cap. 261. Cic. i *De div.*, Et Georg. Pisides, *Cosmurgiae* vers. 929, ἀσκαμμωνίαν vocat:

Τράγοι καὶ τὴν ἀπεπτον ἀσκαμμωνίαν  
Δειπνοῦντες, ἐκπτύουσι τὴν ἀπεψίαν.

Quod interpretatus olim sum,

*Hædi usque difficilem cum edunt scammoniam,  
Cibo hoc dolores cruditalis leniunt.*

Ibid. 11. Ἐν ταῖς Τερεβίνθοις. Ex Theoph. iii *De h. p.* Lat. scrib. in *Terebinthis*. Diosc., I. i, τέρμινθον usurpat. Et Hesych. Τερέμινθος, φυτὸν ἐμφορὲς τῷ λίνῳ, ἐξ οὗ πλέκουσιν Ἀθηναῖοι παρορμίας. « Stirps est assimilis lino; unde Athenienses nectebant monilium appendices. » Sic enim autumo παρορμίας hic accipi, tametsi dictio rara et suspecta sit. A Nicandro τρίμιθος etiam vocatur.

Col. 115 C 5. Quod ad locum Jeremiæ attinet, cap. xvii, v. 6, non μυρίκη in vers. LXX Interp., sed ἀγριομυρίκη legitur, ἔσται ὡς ἡ ἀγριομυρίκη ἢ ἐν τῇ ἐρήμῳ. De junipero Hebraicæ linguæ peritiores accipiunt τὸ Ἰϋϋϋ qua dictione rex Psalmographus usus est psal. ci, vel ut Hebr. numerant cii, ubi contrario sensu humiles myricas appellat ταπεινοὺς καὶ ἀκεραίους, quorum preces Deus exaudire solet, quomodo olim versum 57 Statii exposuimus e *Sylvia in Epulum Domiliani*:

*Namque animas (superi) sæpe exaudire minores  
Dicuntur....*

Quid igitur in causa est cur auctor noster accuratiss. in Scripturis sacris Jeremiæ quidem auctoritatem adhibuerit, Davidici vero hymni non meminerit? Quia nimirum LXX interpr. Græcos duces sequebatur, hii autem in Jeremia vim vocabuli Hebræi expresserant; in Davide vero non item, cum loco μυρικῶν, substituerint τὸ ταπεινῶν. Cæterum quod B. Basilius hic proposuit, τὴν μυρίκην τοῖς φιλόδοξοις συναριθμεῖσθαι, firmatur, in ms. meo cod. τῷ πάνυ παλαιῶν λέξεων, hujusmodi descriptione, Μυρίκη, βοτάνη ἄχρηστος, κυπαρισσοειδής, περιπεφυκυῖα ἐν ποταμοῖς. « Myrice, planta vilis, cupressi specie, innascitur propter flumina. »

## AD VI HOMILIAM IN HEXAEMERON.

Col. 117 B. Ἀκροατὴν προσῆκεν οἴκοθεν ἔχουιν

ἦκ. Plutarch. in dissertat. Περὶ τοῦ ἀκούειν, in eandem sententiam scribit, οἱ τοῦ μὲν λέγοντος οἴονται τι ἔργον εἶναι, τοῦ δὲ ἀκούοντος οὐδέν· ἀλλ' ἐλαϊνον μὲν ἀξιοῦσιν ἔχειν πεφροντικότερα καὶ παρσκευασμένον, αὐτοὶ δὲ ἄσκεπτοι καὶ ἀφρόντιδες τῶν καθηκόντων ἐμβαλόντες καθέζονται, καθάπερ ἀτεχνῶς ἐπὶ δεῖπνον ἔχοντες εὖ παθεῖν, πονουμένων ἑτέρων.

Col. 117 C 4. Τίς ὁ τοῖς ἀνθεσὶ τ. διαποικίλας. Allusum ad versum Homer. *Iliad.* Σ,

Ἐν δὲ τὰ τεύρεα πάντα, τὰτ' οὐρανὸς ἐστεφάνωται.]

Hinc est quod Columella in *Horto*, I. x, « terrestria sidera flores » vocavit.

Col. 121 A 3. Οὐ γὰρ τορευταὶ λ. Germana lect. τορνευταί, quam secutus est interpres. Hesych. B τορνευταί. γλύπται. Τορνεύειν, γλύφειν. Arabes ab hac voce cælaturam cusionemque nummorum nominant *toreba*.

Col. 124 A 5. Ὅταν μάλιστα μηνοειδῆς τ. Hoc est κάλλας νομηνίας apud Philonem Jud., *De Septenfestor.*, p. 34 edit. et versionis nostræ. Virg., *Æn.* vi, μηνοειδῆ vel σεληνοειδῆ designavit

...qualem primo qui surgere mense  
Aut videt, aut vidisse putat per nubila lunam.

Macrobius, I in *Somn. Scip.*, primam lunæ φάσιν permutationemve exponit, « cum nascitur. » Legitur et μηνοειδῶς adverb. δίκην σελήνης, in ms. λεξικῶ.

Col. 128 A 7. Προσηρτῆσθαι. Eodem verbi tempore observato, maluissem interpretari, « vitam C nostram a cæl. corp. motionum appensam esse. » ut Aristot. graviter de Deo disserens, I. xii *Sapientia*, ait: Ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἐκείνης ἔρτηται τὰ πάντα. « Ab illo principio appensa sunt omnia. »

Pag. 56 A 9. Οἷς τὸ ἀντιλέγειν ἄλ. Ex Eveni vet. poetæ epigram. :

Πολλοῖς ἀντιλέγειν μὲν ἔθος περὶ παντὸς ὁμοῖον,  
Ὅρθῶς δ' ἀντιλέγειν, οὐκέτι τοῦτ' ἐν ἔθει.

Col. 132. B 12. Ἐκείνων συγχρήσασθαι ῥήμ. De hisce verbis superioribus accipe, ἐν τῷ κακοδαίμονήματι κείμενον, quæ castrensia fuisse ἀστρονομικῶν constat ἐκ τῆς δωδεκατόπου, seu octo toporum cum quatuor cardinibus diagrammate, ubi xii domus ponitur dicta κακοδαίμων, ἀναφορά in qua D vitia et ægrotudines Firmicus collocat, et Manil., I. ii.

Col. 133 B. Τὸ βασιλικὸν τῶν ἀστέρων σχῆμα. Intelligit τὴν τῶν ζωδίων οἰκείωσιν κατὰ σχηματισμόν. Vulgo « aspectum » dicunt. Censorinus « conspectum. » Græci neotorici βλέψεις. « Consensum et fœdus » signorum Manilius indigitat, eod. lib. Mox per γένεσιν genituram, et τὴν ἀποκύψιν potius innuit, quam σπορὰν ἢ σπόριμον ζῶδιον.

Col. 137. B. Ἡὼς οὗ ἔχει τὴν ἐξ. Plato in *Tim.* : Νύξ ἡμέρα τε γέγονεν οὕτω, καὶ διὰ ταῦτα ἡ τῆς μιᾶς καὶ φρονιμωτάτης κυκλήσεως περίοδος. Tallius *De univ.* : « Nox et dies ad hunc modum, et ob

A has causas unum circuitum solis effecit sapientiss. atque optimum. » Philo, initio primi Περὶ μοναρχίας, his verbis illustrat hanc disputationem : Ἰδόντες ἡλίου μὲν προόδους καὶ ἀναχωρήσεις τὰς ἐτησίους ὥρας συνισταμένας, ἐν αἷς καὶ ζῶων καὶ φυτῶν καὶ καρπῶν γενέσεις ὠρισμένων χρόνων περιόδους τελεσφοροῦνται· σελήνην δ' ὑπηρέτην καὶ διάδοχον ἡλίου, νύκτωρ τὴν ἐπιμέλειαν καὶ προστασίαν ἀνειληφύειν, ὧν μεθ' ἡμέραν ἡλίον, καὶ τοὺς ἄλλους ἀστέρας, κατὰ τὴν πρὸς τὰ ἐπίγειά συμπάθειαν, μυρία τῶν ἐπὶ διαμονῇ τοῦ παρόντος ἐνεργοῦντάς τε καὶ δρωῦντας, πλάνον ἐπλανήθησαν ἀνήνυτον, μόνους εἶναι τούτους θεοὺς ὑποτοπήσαντες.

Ibid. B 9. Σελήνη μὲν ἐπ. Annus hic non tam lunaris quam annus dierum ab Hebræis dicebatur, quod ejus dies explorati essent 365; menses nulli rati essent: sed ad eos dies tanquam ad amussim menses lunares dirigerentur. Mox meminit ἐμβολιμου μηνός, qui mensis intercalaris ἐμβολιμαῖος etiam dicitur: ἐκβόλιμος autem expunctitius. Porro ἀκριβῆς τῶν ὥρῶν συνδρομή, ad accuratam anni descriptionem in quadrantes refertur, Tecuphas Hebræi nuncupant. Describitur item ὥρα in cod. meo ms. τοῦ πάνυ παλ. λεξ. hoc modo, καρπῶν διαφόρων συνδρομή. Jam vero hic ἡλιακὸς ἐνιαυτὸς brevius a Platone in *Tim.* ὁπότεν ἡλῖος τὸν ἑαυτοῦ περιέλθαι κύκλον. Annus. « ubi sol suum totum confecit et peragravit orbem. »

Col. 141 B 5. Μικρὰ οὖν ἡ ὄψις ἡμῶν. Hic ὄψις non tam ἀντὶ τῆς ὀρατικῆς δυνάμεως, pro vi perspicaci, usurpatur, quam ἀντὶ τῆς κόρης, pro acie, seu pupilla, ut apud Aristot. Ὅπερ ἐστὶν ὄψις ἐν ὀφθαλμῶ, τοῦτο νοῦς ἐν ψυχῇ, quod acies est in oculo, hoc mens est in animo. Idem in *Meteoris*, de eo qui pupillæ vitio laborabat: Ὅψις οὖνως ἀσθενῆς τὴν καὶ λεπτὴν πάμπαν ὑπὸ τῆς ἀφῶστίας, ὥστε ἔσοπτρον ἐγένετο καὶ ὁ πλησίον ἀήρ.

Ibid. B 13. Εἰ μὴ μυρμηκῶν. Clarius hæc vertentur, « Annon formicarum, » etc. Seneca in præfatione *Quæst. nat.* eodem argumento scribit, « libebit dicere, in nigrum campis agmen. Fornicarum iste discursus est in angusto laborantium. »

Ibid. C 6. Ἐνδαπανηθεῖσα τῷ ἀέρι ἡ ὄψις ἐξ. Hoc ab Euclide demonstratur Ὀπτικῶν theoremate 3: Ἐκαστον τῶν ὀρωμένων ἔχει τι μῆκος ἀποστήματος, οὗ γινόμενον, οὐκέτι ὀρᾶται: « Unumquodque eorum quæ cernuntur certum intervalli spatium habet, in quo cum fuerit, non amplius videtur. »

Col. 141 B. Τοσαύτην δὲ οὖσαν τὴν γῆν π. Virgil. iv *Æneid.* :

*Sol qui terrarum flammis opera omnia lustrat.*  
ex principe *Ode Pind. Olympionic.* :

μηκέθ' ἄλλου σκόπει

Ἄλλο θαλπνότερον ἐν ἀμέρᾳ φαινὸν ἄστρον.  
Tullius iv *De rep.*

Col. 144 A 11. Ὑπὸ σελήνην, ὑγρότ. Cassius ἱατροσοφιστής, *Question. medic. probl.* xv: Διὰ τὸ οἱ μὲν ἐγρηγορότεροι ἐν τῷ φωτὶ τῆς σελήνης, καὶ ἐπὶ πολὺ τύχωσιν ἐν τούτῳ διατρέχοντες, οὐδὲν ἄλλως

βλάπτονται ὑπὲρ τούτου· οἱ δὲ κηθεύδοντες ἐπὶ τούτων, σφηνοῦνται τὰς κεφαλὰς· « Cur vigilantes in lunæ lumine, tametsi per diu in eo versentur, nequaquam ab illo læduntur : qui vero dormiunt in lunæ radiis, capitis gravedinem comparant. »

Col. 144 B 11. Hic interpres ἀμπώτιδος voce etiam πλημμύραν comprehendi existimavit, reciprocatos motus affluxus et refluxus. Poeta Georgicus,

. . . qua vi maria alta tumescant,  
Obicibus ruptis, rursusque in se ipsa residant.

AD HOMIL. VII

Col. 148 A 13. Οὐρανὸς τῶν ἀστέρων τὰ ἄνθη. Eadem figurata verba notavimus insuper. hom. vi. Interpres addidit Græc. epitheton non φορτικόν, cum flores roseos dixit, ut Ἡώς ab Homero ῥοδοδάκτυλος canitur.

Ibid. C 3. Scrib. τῶν ἔρπυστικῶν ἔ. Homerus τὸ ἔρπειν tribuit animalibus terrestribus :

οὐδὲν . . . διζυριώτερον ἀνδρὸς

Πάντων ὅσα τε γαῖαν ἐπιβρέπει ἡδὲ καὶ ἔρπει.

Col. 149 A 11. Ἀπαριθμεῖσθαι, ἢ ταῖς κοτύλαις πειρᾶσθαι τὸ ὕδωρ τ. Proverbiale περὶ ἀδυνάτων. Ut apud Pindarum in clausula odæ 2 Olympionie. :

ἐπεὶ ψάμμος ἀριθμὸν περιπέφευγεν.

Col. 149 C. Δίαιτα κελωρ. Theophrastus Περὶ ἰχθύων, ubi δίαιταν etiam διαγωγὴν vocat. Plutarchus in tractatu *De solertia animal.*, Ὁ τῶν ἑναλίω βίος, ἰδίος ἐστὶ καὶ αὐθιγενής. Ex iis vero quæ mox sequuntur, Διὰ τοῦτο οὐδὲ τιθασσεύεσθαι τι τῶν νηκτῶν καταδέχεται, colligere est ad manus Basilii nostri non pervenisse libellum citatum Plutarchi, in quo sacrarum et cicuratarum anguillarum in fonte Arethusæ, et aliorum piscium alibi gentium mansuetorum historiam didicisset, et murenæ illius quam Crassus mortuam luxisse dicitur. Et qui latere πάνσοφον doctorem potuit, quod celeberrimum fuit in piscinis Cæsaris Domitiani, quæ erant Baiis, pisces nimirum vocatos ad nomen venisse? Atque hoc argumento Plinius, lib. x, cap. 70, probat pisces habere auditum, sed præcipue mugilem, salpam, chromim, lupum. De eorumdem mansuetudine, idem lib. xxxii, cap. 2. Ac lupus quidem marinus ævo nostro in Caroli Noni regis Christianiss. piscina juxta Regiam Luparæ nutritus, ad vocem, Lupule, lupule, clamantium, et ad manus panis frustula projicientium (e quorum numero adolescens fui) accurrebat. De Baiani illius lacus mansuetis et Cæsare dedicatis piscibus audi festivum, morale, historicum Martialis epigr. 30, lib. iv :

Baiano procul a lacu, monemus,  
Piscator, fuge, ne nocens recedas.  
Sacris piscibus hæc natantur undæ,  
Qui norunt dominum, manumque lambunt  
Illam quæ nihil est in orbe majus,  
Quid, quod nomen habent, ut ad magistri  
Vocem quisque sui venit citatus.  
Hoc quondam Libys impius profundo  
Dum prædam calamo tremente ducit,  
Raptis luminibus repente cæcus  
Captum non potuit videre piscem :  
Et nunc sacrilegos perosus hamos

Baianos sedet ad lacus rogator.  
At tu, dum potes, innocens recede,  
Jactis simplicibus cibus in undas,  
Et pisces venerare dedicatos.

Idem, lib. x, epigramm, 30, de murena. mugile et mullis. Ad isis Athenæum, lib. viii Δειπν., Lucianum l. *De dea Syria*. Quidni vero Basilius regius vere doctorem eandem plane in assertionibus physicis rationem habuerit, quam Theophrastus in rebus civilibus? cum « jura constitui oportere dixit, in his quæ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidunt : » laudante Pomponio J. C., l. iii D., *De legibus*, et Paulo l. vi D., eodem : Τὸ γὰρ ἀπαξ ἢ δις παραβαίνουσιν οἱ νομοθέται. Quo sensu Celsus interpres fidus Theophrasti ait l. iv D., eod. : « Ex his quæ forte uno aliquo casu accidere possunt jura non constituuntur, » proinde nec assertiones.

Col. 153 C. Τοῖς οἰκείοις ἀρκοῦ· πένια μετὰ αὐταρκείας ἀλ. Alphæus Mytil. in *Phal. epigram.* :

Αὐτάρκους ἔραμαι βίου, Σαθῖνε,  
Καὶ γὰρ μηδὲν ἄγαν, ἄγαν με τέρπει.

Mart. æmulatur lib. iv *Epigram.* :

Nunquam divitias Deum rogavi,  
Contentus modico, meoque lætus.

Ibid. D 1. Ἐν τῷ προσχρήματι τῆς εὐλαβείας. Demosthen. πρὸς Λεπτίνην eadem fere mente : Χρῆ, ὡς ἔμοιγε δοκεῖ, πάντα ὅσα τις πράττει τοὺς θεοῦς ἐπιφημιζων. τοιαῦτα φαίνεσθαι, οἷα μηδ' ἂν ἐπ' ἀνθρώπου πραχθέντα ποιηρὰ φανεῖη. Μοχ λύκους ἀρπαγας ἐν, Matth. vii, 15 : Ἐρχονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύμασι προβάτων, ἐσῶθεν δὲ εἰσι λύκοι ἀρπαγες. B. Joan. Chrysostom., 1 orat. in *Gen.* : Ὁ λύκος εἰκὼν τοῦ ἀρπακτικοῦ.

Ibid. D 5. Φεῦγε τὸ παντοδαπὸν κ. Calles aure quam concinna et εὐρυθμος sit oratio, ut ex hemistichio facile sit pentametrum absolvere si ascripseris, πολλαπλόον τε τρόπου. Proteus animo,

Omnia transformans sese in miracula rerum :  
VIRGIL., IV *Georg.*

Ibid D 7. Ὁ ὄφις ποικίλος. Idem Joan. Chrysostom., ibid. ὁ ὄφις εἰκὼν τοῦ σκολιοῦ καὶ τοῦ πονηροτάτου τὸν τρόπον. Georgius Pis., vers. 758, de astu Salanæ :

Ὅφεις δὲ πικροὺς ἐκτελεῖ τοὺς βασκάνους,  
Τὸν ἰὸν ἐνθεῖς τῇ κακῇ περιπλάσει.  
Hic luridos ex lividis angues parit,  
Fundens venenum fictione pessima.

Col. 156 B 10. Οἶδε τὰ κήτη. Ab his cetis orcisve Theognis μεγακῆτα πόντον canit μετωνομικῶς. In versione Lat. legendum, *Norunt plane Cete*. De his idem Georg. Pisid., vers. 969 *Opif. mundi* :

Τίς καὶ τὰ κήτη, τῆς θαλάσσης τοὺς λόφους,  
Ἐν τοῖς ἐρήμοις τῆς ἀδύσου συλλέγει ;  
Cete quis hæc portentosa maris, alta ut juga,  
In vastitate immeasi abyssi continet ?

Ibid. C 11. Corrige τῆς κυήσεως κατ. Genes. xxx, ex LXX Interpr. vers., τὸ ἐγκισσᾶν denotat καιρὸν τῆς κυήσεως. Hic ἐνεκίσσων τὰ πρόβατα εἰς τὰς βάρδους.

Col. 157 B 14. Legendum : ὑπὲρ προκειμένη τῶν ἄν, ταῖς βίαις, ὀλίγας ἀκτὰς καὶ ὑποδρόμους

ἔχουσα. Interpres ὑπόδρομοι hic scite « tractus et superfugia » exposuit; nec inscite Strigelius vertit « recessus, in quibus tutum sit latere.» Sunt enim ὑπόδρομοι hic quasi longa quædam, et tecta clausaque undequaque ambulacra; ceu stadia opaca, sub quibus degunt natantve pisces. Plinius junior, lib. v, epist. 6, hypodromi vocem proprie usurpat, de nativa porticu in horto Tuscanicæ villæ, ejusmodi natura vel arte fieri solet, consertis inter se reflexisque arborum ramis: atque hoc vocabulum Sidonium ex hoc e Plinii castigati scrinio deprompsisse, et in epist. 11, lib. xi, transtulisse acute animadvertit vir clariss. et eruditiss. Jacobus Sirmundus societatis Jesu theologus in perdoctis ad illum scriptorem notis. Cæterum paulo post ex præscripto legis prosopopœiæ legendum, ἐπὶ τὰ προσήλικα τῶν χωρίων ἐπειγόμεθα, et mox, κόλποις ἐγκαθορμίζομεθα.

Ibid. D 8. Ἀργία κακουργίας ἀρχή Hesiodus.

Ὅστροι ἔργον ὄνειδος, ἀεργείη δὲ γ' ὄνειδος.

*Non opus est probrum, sed deses inertia probrum est.*

Ætiologia est apud Phocylidem,

Ἦς γὰρ ἀεργὸς ἀνὴρ ζῶει κλοπίμων ἀπὸ χειρῶν.

*Segnis furtivo victum sibi comparat astu.*

Col. 160 A 5. Ὁ θαλάσσιος ἐχθρὸς, τ. De hoc Orpianus, II, Ἀλιευτ.

... νότοισι δ' ἀνογλιζουσιν ἕκαστος,  
 Ἄξαν, ὅσον βαρύθοντα περὶ σφετέρῃσιν ἀκάν-  
 [θαις  
 ῥηϊδίως φορέοιεν....

Georg. Pisides, vers. 1133 *Cosmurgix*, ex Lat. nostra versione,

*Ecquisnam echinis pelagicis Nereus dedit  
 In sece præscias futuri pupulas,  
 Ut ante turbinem procellæ agili fuga  
 Rapiant lapillos, pondere ut stent firmitus?*

Ibid. A 9. Sic interpungendum: ἐπ' ἀγκύρας βεβαίως, σα. Hæc et sequentia Lucretianum illud firmant,

*Duntaxat rerum magnarum parva potest res  
 Exemplare dure, et vestigia notitiæ.*

Ibid. B 3. Παρὰ θ. Πάντα σκοπεύει ὁ ἀκοίμητος ὀφθαλμὸς. Hoc præcinerat Hesiodus hoc aureo versu,

Πάντα ἰδὼν Διὸς ὀφθαλμὸς, καὶ πάντα νοήσας.

Col. 161 C 3. Ἰχθύδιον ἢ ἐγενητὸς οὐ. De remora vel remeligne, ut ab Afrania et Plauto nominatur, idem Georg. Pis., *Cosmurgix* vers. 983:

Καὶ τίς τὸν ἰχθὺν τὸν βραχὺν τὸν ναυκράτην  
 Ποιεῖ τρεχουσῶν ὀγκάδων ἀντιστάτην;  
 Καὶ πλωτῶν εὐόλισθον ἀνταίρει στόλον  
 Καὶ ταῖς πνεούσαις ἀντιτάττεται βίαις.

*Quisve remoram piscempusillum in æquor  
 Statuit carinis obvium currentibus?*

*Hic classi in altum vela danti opponitur,  
 Spirantibusque auris resistit gnaviter, etc*

Aristot., lib. I *Histor. animal.*, cap. 14: Plin., lib. ix, c. 25; Plutarch., *Sympos.* 2. problem. 7; Oppian., lib. *Halicut.*; Philes lambogr., Περὶ ζώων ἰδιότητος. Quod sequitur apud Basilium sic interpungendum et emendandum videtur, ὥστε ἀκίνητον

ἔπὶ πλεῖστον φυλάσσειν τὴν ναῦν, ὥσπερ καταβρίζοιτο ἐν αὐτῷ τῷ πελάγει.

Col. 164 A 2. Κυμάτων συνεχεῖς καὶ ἐπάλληλοι ἐπιδρομαί dicuntur Ovidio [imo Horatio, Ep. II, 2, 176] cum *unda supervenit undam.*

Ibid. B 10. Μελετώσα νυκτὸς καὶ ἡμέρας, attextum est e psalm. I vers. 2: Καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσαι ἡμέρας καὶ νυκτὸς.

#### AD HOMILIAM VIII.

Col. 165 A 7. Λογίζομεθα τοίνυν ὅτι τῶν μὲν νηκτῶν ἢ φύσις, etc. Hæc ad roborandam assertionem illam spectant de feritate stuporeve piscium et natura immansuetæ; de qua superiori serm. animadversum est.

Ibid. B. Ἡ ψυχὴ τὴν ἡγεμονίαν ἐπιτέτραπται. Poutit scribere, τῆ ψυχῆ ἢ ἡγεμονία ἐπιτέτραπται, more Pomerico,

Ἦ λαοὶ ἐπιτετράφαται,  
 Ἦραις ἐπιτέτραπται μέγας οὐρανός.

*Iliad.* B, etc.

Col. 166, B 4. Ἀκούσατε οἱ βαρύθυμοι. Ad principem Homericum, de quo Calchas, *Iliad.* A,

Κρείσσιον γὰρ βασιλεὺς ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέ-  
 [ρηι, etc.

Ibid. D. Πλὴν γε ὅτι οὐδὲν τῶν πτηνῶν ἄκουσιν. Plinius tamen integrum caput I. x inscripsit, *De apodibus* quod ita orditur: *Plurimum volant quæ apodes vocantur, quia carent usu pedum, ut infra de apum rege scribit Basil.:* Ἔστι κέντρον τῷ βασιλεῖ, ἀλλ' οὐ χρῆται τούτῳ πρὸς ἄμυναν. Quod si legendum sit apud Plinium *Cacopodes?* qua voce auctor noster paulo post utitur, cum scribit, ὀλίγοι δὲ τῶν ὀρνίθων κακόποδες εἴσι.

Col. 169 C 6. Ὡσπερ διὰ καυτήρων τινῶν. In versione mendum est non interpretis, sed descriptorum et operarum, *tanquam quibusdam justis notis; repone, inustis notis; sunt enim καυτήρες quæ inuruntur pecudibus et mancipiis et crumenisecis ad ἐπίγνωσιν καὶ δυσφημίαν, vel valetudinariis ægrisque ad κάθαρσιν. Mox σχιζόπτερα exponuntur fissipennes vel fissipennæ, ut apud Varronem πληζόπτερα quassagipennæ anates. Nonius, in pecudes.*

Col. 172 B 4. Ψάρες καὶ κολοιοί. Aristot., lib. viii *De moribus*, ad Nic., Doricam laudat paræmiam, κολοιοὺς ποτὶ κολοιόν, *Graculus assidet graculo.*

D Ibid. B 10. Χειροθήθη δὲ καὶ τιθασσὰ τὰ πολλὰ τῶν ὀ. Gregor. Nyssenus id firmat Orat. super xl martyr., p. 208, tom. II edit. nostræ: Τὸ μεῖζον αἰεὶ δεινὸν τῶν ὑποδεεστέρων φόβων τὴν δὲ ἰλίαν ἐκβάλλει ὅθεν ὀρνίθες παρ' ἀνθρώποις εἰσοικίζονται καὶ μένουσιν ὑπωρόφιοι.

Ibid. C 3. Οἱ μὲν γὰρ κωτίλοι καὶ λάλοι τῶν ὀρνίθων εἰσὶν· οἱ δὲ σιγηλοὶ καὶ τὰ μὲν φθικὰ καὶ πολύφωνα. Volucrum distinctio in garrulas, canoras, oscines, præpetes, et inauspicatæ garrulitatis aves, de quibus luculenter post Aristot., ix Περὶ ζώων ἰστ., Plin. lib. x. Per σιγηλοὺς autem non taciturnos omnino, sed stridentes et gementes tantum-

modo, quas *diras* etiam Plinius appellat, ubi scribit, *περὶ κακοποιῶν, Dirarum alitum modo tenebris quoque suis et ipsarum noctium quieti invidentium gemitu (quæ sola vox eorum est), ut inauspicatarum animantium vice obvios quoque vetent agere aut prodesse vitæ.*

Ibid. D Μυρία, ὡς ἔφαμεν, κ. Videtur interpres legisse vel supplevisse, ἐν ὄρνισι, et statim τινὰ τῶν ἀλόγων, *bruta quædam*, ad volucres tantum restrinxisse, propter exemplum sequens πολιτείας, quæ in apibus potissimum civilem societatem præ se ferentibus elucet : tametsi πολιτικόν τι in elephantis quoque esse, ut in formicis etiam constet ex Aristot., Plinio, Plutarcho, et aliis.

Col. 180 B. Φασὶν ἀσπυρῶστος τίκτειν. Idem auctor noster cum eadem admonitione scribit in cap. viii Isaiæ, hujusce editionis et tomi ; et Georgius Pis. in *Cosmurgia*, senariis perelegantibus fusius prosequitur fol. edit. nostræ 41 et seq., quos hic disticho auctiores eo libentius subjeci cum metaphrasi nostra, quod mentem Basilii clarius aperire videantur.

Τὴν ἀσπυρῶ τὸς γυῖας ἐξάγει τόκω,  
Φυλῆς παρ' αὐτῆς οὐχ ὑπούσης ἄβρηνος ;  
Οἱ τὴν καθ' ἡμᾶς πυρφοροῦσαν παρθένον  
Δεικνύντες αὐτὴν ὡς ἐφικτὸν ὄρνέω.  
Ἔδει γὰρ, οἶμαι, τοῦ μεγίστου θαύματος  
Ἐχειν ἀμυδρὰς ἐμφάσεις καὶ τὴν φύσιν  
Ὡς μήτε δόξῃ καινοτομεῖσθαι τόκω,  
Μήτε πρὸς ἄκρον ἱστορεῖν τὰ τοῦ τόκου.  
Οὐ γὰρ μένουσιν, ὡς ἐκείνη, παρθένοι,  
Ὅταν τὸ τεχθὲν εἰς διέξοδον δράμῃ,  
Ῥήξῃ τὰ κλειῖθρα, καὶ παρέλθῃ τὰς θύρας.  
Εἰ δ' αὖ γε καὶ τίκτουσιν ὄρνιθων γένη  
Ἐγκυμονοῦντα τῇ φορᾷ τοῦ πνεύματος·  
Πῶς οὐχὶ μᾶλλον ἢ τεκοῦσα παρθένος,  
Τὸ πιστὸν ἔξει τῆς γονῆς τῆς ἀσπυρῶ ;  
[Ὅτῳ τι συμπέφυκε κἂν τοῖς ὄρνέοις,  
Αἰνίγμα πιστὸν πρὸς τὸ τίκτειν ἀσπυρῶς.

*Quis semine edidit sine ullo vultures,  
Ubi feminæ omnes, masculum nullum genus ?  
Hi virginem nostram gerentem lampada  
Præ se ferunt, quantum alitis natura fert.  
Oportuit sedenim istius miraculi  
Naturam imagines habere absconditas :  
Ut nec novata appareat partu hoc : neque  
Arcana prorsus delegat partus sacri :  
Nam virginis intactæ, ut illa, non manent :  
Fetusque maturo meandi tempore  
Sua claustra confringit, foresque transilit.  
At si parere sic constat istos alites,  
Uterumque ferre flamme Eurii percitos,  
Cur non magis quæ virgo partum pepererit,  
Facies fidem nullo editæ prolis satu,  
Vitalis auræ plena cum esset spiritu ?  
[Natura sic proposuit in volucris  
Enigma partus credibile sine semine.*

S. Ambrosius per xx caput integrum idem contendit accurata ἐπεξεργασία, veroque vincit, ἀπίστους exagitans hac invectiva : *Impossibile putatur in Dei matre, quod in vulturibus possibile non negatur ? Avis sine masculo parit, et nullus refellit, et quia Virgo Maria peperit, pudori ejus faciunt quæstionem ?*

Col. 181 A 7. Πῶς ἄγρυπνον ἢ ἀτηδών. Attice pro ἄγρυπνόν τι, vel ἄγρ. ὄρνεον. B Ambrosius

A sic vertit ac si legisset ἄγρυπνος, cum scribit I. v, c. 24 : *Quid de lusciniâ dicam, quæ pervigil custos, cum ova quodam sinu corporis et gremio fovet, insomnem longe noctis laborem cantilenæ suavitate solatur ?* Ubi perspicis quam accurata sit expositio Ambrosiana τοῦ ἐπωάζειν, et mox hujus dicti de vesperilione : πῶς μόνῃ τῶν ὄρνιθων ὁδοῦσι κέχρηται *dentibus utitur, quos in aliis avibus reperire non soleas.*

Ibid. A 14. Τῇ φύσει, κ. ὡσπερ ὄρμαθος ἀλλ. Idem Ambrosius ibid. : *Sibi invicem adhærent ; et quasi in speciem botri ex aliquo loco pendent : ac si ultima quæque laxaverit, omnes resolvuntur.* Hujus ὄρμαθος seu glomeris imago exhibetur apud nos in concitatissimo genere choreæ nuptialis, quo juvenes potissimum innupti manibus invicem insertis quam velocissime in orbem se convertunt, unde *Chorea molæ* nuncupatur. Quod sequitur, ὅπερ ἐφ' ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων τὸ ῥᾶδιον κατορθωθήναι, exponitur a B. Ambrosio de charitate, *quæ difficile*, inquit, *in hominibus hujus mundi reperitur : alioquin homo proprie a philosophis appellatur ζῶον πολιτικόν, ad societatem natum. Etio- logia subjecta a Basilio, τὸ γὰρ ἀπεσχισμένον καὶ ἰδιάζον τοῦ κοινωνικοῦ καὶ ἡνωμένου τοῖς πολλοῖς προτιμότερον, ab Ambrosio omittitur : a Seneca perstringitur epist. LXXIII : *Stulta avaritia mortali- tum possessionem proprietatemque discernit, nec quidquam suum esse credit quod publicum est. At ille sapiens nihil judicat suum magis, quam cujus illi cum humano genere consortium est, etc.**

C Col. 181 B 4. Γλαυκὸς, οἱ περὶ τὴν ματαίαν σοφίαν ἐσχολακότες. Videsis gravissimam hujus ῥήσεως paraphrasim apud eundem Ambrosium loco laudato ; his etiam consentanea disseruntur a Gorgia apud Platonem, quibus abducere Socratem a philosophia contendit, auctoritate etiam Euripidis, qui in *Antiope* Zethum inducit, fratrem suum Amphionem cum a musica tum a philosophiæ studio ad communem vitæ usum traducere conantem. Sic Ennianus Neoptolemus, *degustandum ex philosophia, non in eam ingurgitandum*, censebat. Plato ibid.

Col. 184 B 11. Ἴνα ὡσπερ τινὰ ὄρμιάν κ. Hic ὄρμιᾶ proprie accipitur pro linea piscatoria, metaphorice transfertur ad filum et redimiculum, ut apud Gregor. Nyssenum in *Vita beatæ Macrinæ* Basilii et Gregorii sororis : ubi narrat sanctam illam a collo appensam ὄρμιᾷ λεπτῇ, tenuit redimiculo, parvam crucem ferream gestasse cum annulo itidem ferreo, in cujus pala signum crucis insculptum salutaris ligni particulam coercebat. Paulo post scribendum συλλαβαί τινές εἰσι μικραί.

Ibid. E 14. Ambrosius hic aliam affert causam, *cur cyenus collo proceriore utatur : nempe hanc, quia est paululum segnior corpore, nec fac., etc. Adde et illud* (inquit), *quia suavior et magis canorus per procera modulus colla distinguitur, et longiore exercitatione purior longe resultat.* Hæc sane desiderantur apud Basilium.

Col. 185 A 11. Interpres legisse censeretur : Τι γὰρ ἂν τις ἄλλο ποιῶ. Ibid. 11, κατατρώφῃσον τοῦ Κυρίου, κ., e psalmo xxxvi, vers. 5. Idem Bas. infra, hom. 30, εἰς τὸν παράδεισον. Apollinarius ita metricè vertit,

Χαίρων ἀθανάτη καταθύμια πάντα κοπίσεις.  
Basilus Seleuciæ episc. orat εἰς τὰ Ὀλύμπια, eadem notione usurpat τὸ ἐντρυφήσαι, ubi scribit, εἰ ταῖς τῆς κρίσεως δωρεαῖς ἐντρυφήσας ὁ ἄνθρωπος, *homo rerum creatarum muneribus cumulatulus*, etc.

Ibid. C 7. Σχολὴ γὰρ, ἄνευ φόβου Θεοῦ, πονηρίας διδάσκαλος τ. Ejusmodi Ovidianum illud,

*Otia si tollas, periere Cupidinis artes.*

Col. 188 A 11. Πῶς ἴδμεν ἢ ἐωθινὴ τῶν λόγων τράπεζα κατεφάνη; Mirus est consensus et συγκατάθεσις in τεχνολογίᾳ hujus exordii Basiliani cum Horatianæ sat. ult. periocha, qua lautitias insulsas Nasidieni deridet,

*Ul Nasidieni juvit te cœna beati?*

Hic erat cœnæ pater, ἐστιάτωρ πέντης, ἀλλὰ φιλόφρων, ὅς τῶν εὐτραπέζων τις εἶναι φιλοτιμούμενος, ἀπορίᾳ τῶν πολυτελεστέρων ἀποκναίει τοὺς δαιτυμόνας, unde ironica illa convivæ responsio : *Sic juvit me cœna*, ut mihi nunquam in vita fuerit melius : etenim πενιχρὰ παρασκευὴ δαψιλῶς ἐπιφερομένη fuit :

*Imprimis Lucanus aper, leni fuit austro  
Captus, etc., acris circum  
Rapula, lactucæ, radices, qualia lassum  
Pervellunt stomachum.*

Τὸ φιλότιμον exprimunt illa,

*habemus divitias miras.*

Hinc continuo patuit ἀπειροκαλίᾳ συμποσιάρχου, et cum passeris assi

*Ingustata mihi porrexerit ilia rhombi, etc.*

Ibid. C 2 Οἱ ὄνειροκρίται. Ejusmodi conjectorum, ex levissimo et indoctissimo genere constantium, nugæ Cicero in *De divin.* coarguit, Synesius et Philo *De somniis*, et Artemidorus in Ὀνειροκριτικοῖς.

Ibid. C 9. Εἴτε σφαῖρά ἐστιν, εἴτε κύλινδρος, εἴτε καὶ δίσκος ἔ. Anaximander terram volebat esse τραπεζοειδῆ, *mensæ instar*; alii veteres philosophi αἴτιον τῆς μονῆς τῆς γῆς τὸ πλάτος autumabant, latitudinem telluris stabilitatis esse causam. Illos nugari Manilius probat in *Astronom.* :

*Est igitur tellus (sic enim lego) mediam sortita  
[cavernam  
Aeris, et toto pariter suspensa profundo,  
Nec patulas distenta plagas, sed condita in orbem  
Undique surgentem pariter, pariterque cadentem.*

Ibid. C 13. Ὑπονοίας. Quæ sequuntur, γλώσσημα olent, οἱ περὶ τοῦ κόσ. γράψ. initio periodi præposita, nisi inculcationis patrociniū sit parenthesis.

Col. 189 B 8. Ἔως ἂν ὁ κόσμος συμπλ. et pag. proxime seq. μέχρι τῆς συντελείας τοῦ παντὸς πα.

A Adi Hippolyti lib. singularem Περὶ συντελείας κόσμου, Græce editum Parisiis a Gul. Morelio.

Ibid. B 9. Ὡς ἡ σφαῖρα, ἐπ. Catullus ad Hortalum venustissime idem expressit :

*Ut missum sponsi furtivo munere malum  
Procurrit casto virginis e gremio,  
Quod miseræ oblitæ molli sub veste locatum,  
Dum adventu matris prosilit, excutitur,  
Atque illud pronò præceps agitur decursu.*

Ibid. C 5. Ἴππον μὲν γὰρ Ἴππου ποι. Horat. 4, Car. O. 4.

*Fortes creantur fortibus, et bonis  
Est in juvenis, est in equis patrum  
Virtus : nec imbellem feroces  
Progenerant aquilæ columbam.*

Ibid. C 8. Συντελείας τοῦ παντὸς παραπέμπει. B Alter Basilus Seleuciæ episc., in Proœmio Or. εἰς τὰ Ὀλύμπ., τῷ παραπέμπειν figurate usus est, ubi scribit, φοβερὸς δὲ χρόνος τῷ λεληθότως τὰς τῶν βεβιωμένων παραπέμπειν εὐθύναις.

Col. 193 A 8. Τῶν ἀλόγων ἀπολειπόμενοι. B August. in psal. xcviij : *Idoneus est homo ad vulnerandam se; nunquid idoneus est ad sanandum se?* etc.

Ibid. B 11. Χερσαῖον ἐχίνον ἐτήρ. Idem Georg. Pisid., in *Cosmurg.* de mure cæco, omnivoto, vers. 1129 et seq., quos obiter emendabimus,

Ποῖος δὲ Φοίβου μαντικωτάτου τρίπους  
Τὸν μῦν διδάσκει τὸν τυφλὸν, τὸν παμφάγον,  
Ἐν τοῖς λαβυρίνθοις ὄντα τῶν ὄρυγμάτων,  
Φράττειν πρὸ καιροῦ τῆς φορᾶς τῶν πνευμάτων  
Τὰς ἀντιλόξους τῶν ὁπῶν διεξόδους,  
Ἄλλας δὲ ποιεῖν ἀντισυνθέτους, ὅπου  
Τὸ χῶμα τῆς γῆς τὰς πνοὰς ἀποκρύβει;

Lat. Metaphrasis a nobis recognita sic habet,

*Clari tripes quis fatidicus Apollinis,  
Murem helluonem, luminibus orbum edocet,  
Cum latuit in labyrinthiis meatibus,  
Occludere, antequam irruat venti impetus,  
Foraminum cubilis opposita vias,  
Aliasque construere scrobes contrarias,  
Telluris agger stamina ut coerceat?*

Aristotel., lib. ix *Hist. an.*, Theophrastus, Περὶ σημείων, Plutarch., *De solertia anim.* in nomine ἐχίνου χερσαίου ἀκανθίου, consentiunt; Latini erinaceum appellant : Gall. *hérisson*.

Ibid. C. 8. Πρὸς τὸ ὑπόδειγμα τοῦ μύρμηκος. B. Joan. Chrysost., I in *Gen.* οὐ συνήκας πῶς τὴν τοῦ μύρμηκος φιλοπονίαν ὑποθέμενος, εἰς ἄσκον ἡμῶν προθυμίαν ἐπαιδαγωγῆσεν.

Col. 196 A 1. Ταῖς ἐαυτοῦ χηλαῖς τῶν καρπῶν τὸ μεσ. Quid si legas τῶν κόκκων? Nonne εἰδικώτερον καὶ ἰδιοτροπώτερον erit formicis? Sane idem Georg. Pis., versu 1187, τὸν κόκκον usurpare maluit, ubi de eadem formica ait :

Πρόβελθε μύρμηξ σιτοκλέπτης ἐργάτης,  
Τὸν κόκκον ἡμίτητον ἐγκλείων κάτω,  
Μήπω νοτισθῆ καὶ σαπῆ ταῖς ἱκμάσι,  
Καὶ φθαρτικὴν κάτωθεν ἀνθήσῃ χλόην  
*Accedito huc formica frumenti rapax,  
Operaria, abscondens humi grana in*

*Partita, ne quam uliginem aut cartem trahant, Aut noxium a radice gramen pullulet, etc.*

Quidquid sit, Flaccus γενικώτερον dixit de eadem formica,

*Ore trahit quodcunque potest, atque addit acervo.*

Mox quam Basilius vocat εὐδινὴν ἀέρος κατάστασιν, hic Iambographus αἰθρίαν πεπηγμένην scite dixit. Cæterum Aratus inter σημεῖα, signa, et προγνωστικά, hanc formicarum cautam προαίσθησιν prius observarat in Φαινομένοις.

Ἡ κοίτης μύρμηκας ὁπῆς ἐξ ὤρα πάντα  
Θᾶσσον ἀντηνέγκαντο.

Quos versus laudans Plutarch., in Dialogo *De solertia anim.*, notat nonnullos non ὤρα scribere, quæ *oua* designant, sed ἦρα, nempe ἀποκειμένους καρπούς, *conditas fruges*, quo etiam loco Basilii lectio firmatur.

Col 197 C 5. Lego οὐπω τὰ κέρατα τῶ μόσχῳ, ex Philone Hebr. non procul ab initio lib. Περὶ τῶν μετονομαζομένων. Ovid. in *Halieuticis* :

*Accepit mundus legem, dedit arma per omnes,  
Admonuitque sui : vitulus sic namque minari  
Qui nondum gerit in tenera jam cornua fronte.*

Ibid. C 1. Σοφοί, τὰς τῶν συλλογ. Plutarchus in *Dialogo* laudato concisius hanc canis συλλογιστικὴν δύναμιν tractat his verbis, quæ Basilianis collata juvabunt : Οἱ διαλεκτικοὶ φασὶ τὸν κύνα τῶν διὰ πλειόνων διεξευγμένων χρώμενον ἐν ταῖς πολυσχιδέσιν ἀτράποις συλλογίζεσθαι πρὸς ἑαυτὸν· Ἦτοι τήνδε τὸ θηρίον ὠρμηκεν, ἦ τήνδε, ἦ τήνδε· ἀλλὰ μὴν οὔτε τήνδε, οὔτε τήνδε· τήνδε λοιπὸν ἄρα.

Col. 200 C 1. Ἐνυστρα. Hæc vox majora intestina designat apud Galen. Alia sunt, ἔλυτρα, quæ dictio Hipp. κεκρυφάλοις respondet, et communis oratoribus est cum poetis. Jo. Tzetzes initio poematis *De allegoriis* recens Græce et Lat. a nobis editi,

Ἐλυτρα ταῦτα τῶν γραφῶν τεθεικότες.  
Hæc involucria scriptiōnis qui notant.

Col. 204 A 8. Ὅρξς ὅτι φρυγανίζομένῳ τῶ Π. Ex Actor. apostol. cap. 28 : Συστρέψαντος δὲ τοῦ Παύλου φρυγάνων πλῆθος, καὶ ἐπιθέντος ἐπὶ τὴν πυράν. Vides quantam vim et ἔμφασιν hic habeat τὸ φρυγανίζεσθαι, quod tot verbis B. Lucas expressit?

Ibid. B 7. Ἐπιγνώσθαι. Οὐ γὰρ μόνον ὀφθαλμὸς τὰ ἐξω βλέπων, ἐ. Idem tradit Philo libro laudato. quod mox subjicitur, ὁ νοῦς ὀξέως, τὸ ἀλλότρ.. ab Horatio representatum est his vers. :

*Cum tua pervideas oculis male lippus inunctis,  
Cur in amicorum vitis tam cernis acutum,  
Quam aut aquila aut serpens Epidaurius?*

In Lat. versione hæc emenda, *tarda est et cunctatior ad om.*

Ibid. C 3. Ἐμοῦ, τουτέστιν, ἑμαυτὸν κατ'. Eadem explanatio hujus versic. 6. e psalm. cxxxviii, repetitur ab auctore nostro, como II, epist. 393. B. Joan. Chrysostomus et Rabbini, de mirabili, ardua ac perdifficili τοῦ βάθους τῆς θεογνωσίας νο-

litia, accipiunt; ut et Apollinaris in heroica Metaphrasi,

Θαῦμά μ' ἔχει ὅτι σεῖο περιφράσομαι φρεσὶ μῆτιν,  
Οὐδὲ νόφ δύναμαι κρατερώτατα πολλὸν ὀρᾶσθαι.

Ibid C 6. Ποῦ μοι ὁ Ἰουδαῖος, ὅς ἐν τ. κατ. Quid si legas ὅπου; Ecquis hic Judæus! An κατ' ἐξοχὴν, Philo Hebræus, ὁ πάνυ τῶν ἐλλογίμων, elegantiss. Κοσμοποιίας scriptor? Neutiquam, seu gentis χριστομάχου nomen: unde paulo post sequitur, ἀκούεις, ὦ χριστομάχε; non video cur interpres τὸ ἐν τοῖς κατόπιν ad antedicta referat, potiusquam ad debentia dici, ut loquitur Flaccus: utique eadem phrasi infra scribit, πάντα κατόπιν σου γίνεται.

Col. 205 C 9. Νέας κ. ὁ τὸν Ἰουδαϊσμὸν πρεσβ. ἐν χρ. προσποιήσει. Sic Basilius Selenc. episc. in laudata conc. εἰς τὰ Ὀλύμ. *Olymp.* πανήγυριν vocat Ἑλληνισμὸν Χριστιανισμοῦ προσωπεῖον κουπτόμενον.

#### AD EJUSDEM HOMILIAM IN PSAL. I

Col. 212 A 1. Ἰαμα γὰρ, φησὶ, καταπ. Vers. tertius Ecclesiast. Salom. cap. x, sic habet: Ἐὰν πνεῦμα ἐξουσιαζόντος ἀναβῆ ἐπὶ σέ, τόπον σου μὴ ἀφῆς, ὅτι Ἰαμα καταπαύσει ἀμαρτίας μεγάλας.

Ibid. B 5. Τῆς μελωδίας. Themistius in exord. orat. vii hunc psalmodiæ Dav. concentum vocat Ἀσσύριον μέλος, καὶ ἐκ Λιβάνου, et subjungit, τινὲς κηλοῦσιν ὁμᾶς τῆ τε οἰκοθεν ἀρμονίᾳ. καὶ τῆ θύραθεν. *Alii* (inquit) *vernaculum melos* (*Pegaseium* Persius in Prolog. Sat. dixit), *alii Assyrium carnem et ex Libano profectum xanentes, cum domestico vos lum peregrino concentu demulcent.*

Ibid. B 8. Κατὰ τοὺς σοφοὺς τῶν ἱατρῶν. Lucret. l. iv :

*pueris absinthia tetra medentes*

*Cum dare conantur, prius oras pocula circum  
Contingunt mellis dulci flavoque liquore.*

Hic μέλιτι τὴν κύλικα περιχρίουσιν. Idem Themist. orat. eodem: Τοὺς σοφωτέρους μιμητέον τῶν ἱατρῶν, οἳ τὰ πικρότερα τῶν φαρμάκων, μέλιτι τὴν κύλικα περιχρίσαντες, πίνειν διδόασιν.

Col. 213 A 11. Μάθημα οὐ π. παρ. τὸ δὲ μετὰ τέρψεως καὶ χάριτος εἶς. Idem Theognis olim præcinerat.

Τερπωλὴ νικᾷ πάντα σὺν εὐφροσύνῃ.

vel parodice, σὺν ὠφελίῃ.

Ibid. D 9. Ὅπερ ὁ θεμέλιος ἐν οἴ. Demosth. in *ii Olynth.* (pag. 21): Ὡς οἰκίας καὶ πλοῦτου καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων τὰ κάτωθεν ἰσχυρότατα εἶναι δεῖ. οὕτω καὶ τῶν πράξεων τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ὑποθέσεις ἀληθεῖς καὶ δικαίας εἶναι προσήκει.

Col. 217 A 2. Θῆλυ ἐπο. αὐ. ὧν δὲ ἡ φύσις μία, τούτ. Plato l. v *De rep.*, ubi siatuit generatim et ἀδιορίστωσε αὐτὴν εἶναι esse virorum et mulierum, non diversam naturam ἐν πολιτικῇ διοικήσει, ac proinde mulieres ad civilis administrationis munera admitti cum viris debere; quanta vero id cautione admittendum sit, docet Proclus in Commentar. ad hunc Plat. lib.

Col. 220 A 7. Πώλησον σ. Matth. xix: Ὑπαγε



πῶλ. ὑπάρχοντα, καὶ δ. Mox καὶ ἐάν τις σ. Matth. A  
 γ, legitur, εἴ τις σε ἀγγαρεύσῃ μ. B. Cypr., *Simus  
 sine angaria bajuli crucis*. Paulo post, ὁ Κύριος  
 ἔνδοθεν φησιν εἶναι τὰ κοινοῦντα τ. Matth. xv :  
 τὸ ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ στόματος, τοῦτο κοινοῖ  
 τὸν ἄνθρωπον *Interpres ita verlit, ac si illud ἔν-  
 δοθεν εἶναι τ. verba Domini essent, cum Basilius  
 oratione obliqua usus fuerit, non recta : rectius ita-  
 que verteretur: Dom. ait intus esse quæ coinquinant  
 hominem. Ab hoc verbo κοινοῦν, vel ἀνακοινοῦν,  
 Latinos suum inquinare finxisse olim admonui.*

Ibid. C 13. Ὁδὸς μὲν οὖν ὁ βίος εἶρ. Idem Tul-  
 lius vi *De rep.* Basil. Seleuciæ loco laudato, εἰς τὰ  
 Ὀλ., et Gennadius libro singulari περὶ προδιορι-  
 σμοῦ (cujus versionem Lat. Appendici Basilianæ  
 adjecimus, tum quod sapientissimis sententiis gra-  
 vibusque verbis ordatus sit, tum quod Basilii M.  
 causam agat, et Basiliomastigas concidat), pag. 29,  
 B, editionis nostræ, hic ἡ μὲν γὰρ ἐντὸς ζωῆς  
 ὁδοιπορία τίς ἐστὶ πρὸς τὸ προκείμενον τέλος, etc.

Ibid. D 7. Καθεύδεις, καὶ ὁ χρόνος σε παρατρέ-  
 χει. Idem Basilius Seleuciæ ep. initio τοῦ εἰς τὰ  
 Ὀλυμ. ἰ Καὶ τερπνὸς παρατρέχων ὁ χρόνος, καὶ φο-  
 βερὸς. B. August. in psal. ci, de temporalibus et  
 æternis diebus. Mox πάντες ἐσμὲν ἐν ὁδῷ. Idem Au-  
 gust. in *Meditat.* :

*Hæc via qua vadis, via pessima plenaque ctadis.*

Col. 221 D. Δύο γὰρ εἰσὶν ὁδοί. Hesiodus 1 Ἔρ-  
 γων, et Prodicus Διαλέξει περὶ Ἡρακλέους παι-  
 δεύσεως, apud Xenophontem, in Ἀπομνημονευμά-  
 τῶν. Emblemata Pythagoricam fuit, *Littera Pythago-  
 ræ*. Sed Evang. etiam uraculis proponitur ἐκφρασις  
 xiæ ancipitis, arctæ et latæ: B. Matth. vii, et  
 Lucæ xiii. Quæ Juvencus Hispan. presbyter olim  
 scite pieque expressit sub finem lib. carm. Evang.  
 his vers. :

*Vitalis vastis stipatur semita saxis*

*Celsaque vix paucos ducet per scrupula virtus :*

*At si quos nimium fallax illexque malorum*

*Planities suasit deformi lubrica lapsu,*

*Arripit hos.*

Col. 225 B 11. Εἰσὶν οἱ λοιμοὶ οἱ τὸ ἴδιον κακὸν  
 ἐπὶ πάν. Huic consentaneus locus est apud Gregor.  
 Naz. Orat. fun. in Basilium M.

Ibid. C 13. Δυναστείαν περιβεβλημένον, ἢ ἐθ. Idem  
 scribit ad Julianum Apostatam epist, ccc. Eodem  
 tendit illud Homeri, omnes clades oriri canentis,

Ἠγεμόνων κακότητι, ἐφημοσύνησί τε λαῶν,  
*Mente ducum prava, et populorum pectore regni.*

IN PSAL. VII.

Col. 229 B 5. Σολλέξ. Interpunge et muta pros-  
 odiam, τὰς δυνάμεις· ὄθον καὶ ἀπόδεκτος ἦν πα.,  
 quod Homero est, ἦνδανε θυμῷ.

Col. 248 C 8. Διὰ τῶν πονηρῶν πράξεων ἐγκαύ-  
 σας. Manusc. C. lectionem secuti sumus, cui con-  
 gruit versio L. Τὸ ἐγκαίειν, *inurere*, per transla-  
 tionem a notis quæ inuruntur, vel a genere picturæ  
 ἐγκαυστικῆς, ad quam firmandam ignis adhibetur,  
 unde apud Mart. I. iv, ep. 47 :

*Encaustus Phæthron tabula depictus in hac est  
 Quid tibi vis, dipylon qui Phæthonta facis?*

Prior tamen lectio ἐκχεύσας vel ἐκχέας ad late dif-  
 fusum improbitatis virus referri posset : quo fere  
 sensu B. Eusebius Emiss. hom. i de initio Quadrag.  
 scribit hæc : *Sicut quando aliquis peccat sub con-  
 scientia ac destructione plurimorum, de pluribus in-  
 currit reatum: et quantum per unius membri vitium  
 serpit late diffusum reliqua per membra contagium,  
 tantum in auctorem suum multiplicis mali recurrit  
 augmentum.*

Ibid. C 11. Legitur in cod. manuscr. υἱὸς ἐκεῖνος,  
 ᾧ διά.

IN PSAL. XXVIII.

Col. 284 A 15. Τῆ ἐπιχορηγία τοῦ Πνεύματος  
 ἀρδ. Eodem spectant illa apud Clementem Alex. in  
 C Hymno ad CHRISTUM,

θηλῆς λογικῆς

Πνεύματι δροσερῷ

Ἐμπιπλάμενοι.

*Mammæ ratione prædictæ*

*Flamine roscido*

*Usque referti.*

IN PSAL. XXXVII.

Tom. II, col. 92 D 3. Πᾶν ἀμάρτημα κατ' ἀφρο-  
 σύνην γ. Axioma morale est a Flacco sic expres-  
 sum

*Virtus est vitium fugere, et sapientia prima  
 Stultitia caruisse.*

## VARIÆ LECTIONES

### IN HEXAEMERON.

(Cod. Reg. olim 1824, hodie 476. — Non magni momenti varietas lectionum ; sed multa ed marginem  
 exstant scholia quæ Garnerius neglexerat.)

Col. 4. Τοῦ ἐν ἀγίοις Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου ἀρ-  
 χιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοχίας ὁμιλία εἰς τὴν  
 Ἑξαήμερον πρώτη. Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν.

Col. 5 A 5. τῆ (γε interlitum) ἀξιοπιστία.

A 8. καταβαλόμενος.

A 7. Μωσῆς, ὕ suprascriptum ; item linea se-